

Q.K. 292

v. *Dohna*

Magnificus Academiae Marchicae

RECTOR.

Illustris & generosus Dominus

DN. ERNESTVS

LVDOVICVS LIBER

BARO IN BVTBVS, &c.

Ad Funus

Illustris & generosi Dn.

CHRISTOPHORI BVRGGRAVII

& Dn. à DONA, &c.

*Quod Domino & marito S.
carissimo piè defuncto*

Illustris & generosa Domina

ANNA BIBERSTEINIA

*relicta viduamærens &
gemens*

Ad d. 26. Iulij hora 8.

Honorificè apparatus cupit

Reipub. literariae cœtum hoc scripto P.P.
convocat, invitat.

*Frankofurti Typis Scuirianis,
anno C. 1596.*





Ommunem hominum fortem, ut fragilem & caducam, si quis cum regio vate Psalm. 39. expendat quotidie, sapientiam inde consequetur testante Moſis oratione Pf. 90. præclaram & summam, quæ animum in adverſis confirmet, patientiam cum pietate conjunctam alat, & nihil magis in votis habeat, quam ut per *εὐχαισίων εἰς τὴν ἀθανάσιον* transferatur citius. Nam si cum Xerxe rege Perſarum olim potentissimo in montem vel Mundi ſpeculã res humanas colluſtraturi aſcēdemus, totius Orbis ruinas, gentes gentibus, regna regnis collifa, alios abſorberi fluctibus, alios ad ſervitutē trahi, hinc nuptias, ibi planctum, alios naſci, iſtos mori, alios affluere divitijs, alios mendicare videbimus, ut Hieron. in Epitaphio ad Nepot. tom. 1. præclare ſcribit. Cur ergo in tanta rerum omnium confuſione & vitæ miſerij miſerandis, illud ſalutis averſemur medium, quo triſtia lætis, parva magnis, paupertatem divitijs, mala bonisignominiam & dolores honoribus, caduca æternis commutamus. Quis hanc mortem non felicem afferre ſortem, & rem bonã eſſe cum Niſſeno, in Orat. pulcheriæ, exiſtimet? quod initium, ac via mutationis in melius nobis exiſtat, quod ad paradifum ducat, ubi vita vitalis, vita tranquilla, vita ſancta, vita totius dignitatis pleniffima, ubi non eſt adverſarius impugnans, ubi nulla peccati illecebra, ubi eſt amor perfectus & timor nullus, ubi dies æternus et unus omnium ſpiritus, ubi DEVS facie ad faciem cernitur, & hoc vitæ cibo mens ſine defectu ſatiatur, ut Auguſtini verbis in Meditat. lib. c. 22. partim utamur.

Hoc

Hoc utrumq; cum sæpius & accuratè expende-
ret, Illustris & Generosus Baro CHRISTOPHORVS
Burggravius & Dominus à Dona p. m. & c. animum
à terrenis ad cælestia penitus convertit, & se totum
DEO consecravit, pietatem tam seriò coluit, ut in tem-
plum non dico frequentissimus, sed veniret primus,
abiret postremus, molestus & invisus nullis, sed offi-
ciosus & acceptus omnibus. Hæc sanè cuncta, quam-
vis majorem apud posteros conciliatura sint laudem,
ac si à sola generis nobilitate commendari deberet:
plurimum tamen lucis & splendoris accedet, quod
ex antiquissima & illustri BURGRAVIORVM à
DOHNA sit procreatus familia, in qua fortia mayo-
rum facta & generosæ gloriæ monumenta occurrunt,
ingentes, ad virtutem stimuli. Ex hac enim ad eque-
stres ludos anno Christi 968. Mersburgæ celebratos
Dn. VVILHELMVS à DONA profectus est, &
deinceps talibus exercitijs ad bella fortiter gerenda se
præpararunt alijs. CAROLVM III. Rom. In p^a
cum coronationis causa expeditionem susciperet in
Italiam, Domini DONENSES sunt secuti, quem
contra insidias & arma Pisanorum tam animosè cum
alijs defenderunt, ut baltheo eos cingeret militari &
torquibus aureis ornaret. Sigismundum Imp. in
bellis Bohemicis copijs & auro juverunt, unde me-
tallicas Misniæ urbes longo tempore possederunt, si-
cut diploma regium laudis & gratiæ plenum testa-
tur. Propter hanc fidem & strenuam operam Sigis-
mundo præstitam, Thaboritæ Zisca Duce, vicinos &
castellum DOHNÆ natura loci & arte munitum,
unde nomen est familiæ, hostiliter invaserunt, expu-
gnarunt, ac ne quod extaret vestigium solo æquarunt,

velut similem cladem urbes, monasteria, & arces Silesiæ Lusatiae & Moraviae perpeſſæ ſunt quamplurimæ. Sic poſtea circa annum Chriſti 1489. DONAVIENSIBVS horum in Lusatia patruelibus diſtinctionem Silesiæ Hernſtadienſem, quod partes Bohemorum tuerentur conſtanter, Matthias Vngariæ rex per Haugviciũ ademit, Curæo teſte.

Et velut ex procera arbore, quæ feſſis umbram præbet & fructus fert ſuaviſſimos, multi ſurculos petunt, quos alibi inſerant ſtirpi, unde emolumentum ſimile ſperent: ſic hæc familia in alias quoq; regiones, quibus prodeſſet, deducta, floret adhuc in Silesia, unde inter alios quoq; fulget Generoſus Dn. HENRICVS Burggravius à Dona in Craſchen Sac. Cæſar. Maieſtatis, in ducatu Glogoviẽſi Capitaneus; & Dn. ABRAHAMVS qui nunc ordines in Vngaria ducit, vir fortis belli ac rei militaris peritus. Prætereò in Boruſſia fratres Achatium, Henricum & Fridericum Donaviẽſes, cum alijs qui alibi & in Palatinatu vivunt.

Natus eſt Dn. CHRISTOPHORVS p. m. anno 1542. patre Generoſo Dn. CASPARE Burggravio à Dona Dn. in Konigſperg & Straupitz. &c. qui Illuſtriſſimo Electori Brandenburgico fuit à conſilijs intimis, & propter prudentiam longo rerum uſu acquiſitam cariſſimus. Hunc cum ſequeretur Deſſaviam, DE Ofic diſponente, anno 1586. è vivis excedit & ſplendida funeris deductione, quæ deſcripta extat, honorificè ibidem ſepelitur. Matrem habuit lectiſſimam & primariæ virtutis matronam, Dominam EVAM ex SCHENCKIORVM ſtirpe in
Deu-

reter sumpto, cum Phtisim augeti & vires tumore e-
tiam subsequente indies minui, spiritu quasi præclu-
so, sentiret, et si viris in arte medica hinc, & aliunde ac-
citis uteretur peritissimis, quorum φάρμακα pruden-
ter administrata, Deorum manus, ut Herophilus lo-
cutus est, & salutaria novit, si diuina accederet be-
nedictio & Clepsydra vitæ, extremas nondum stilla-
ret guttas. His medicamentis, cum ultimam volun-
tatem testibus roboratam videret, parcius deinceps
usus & pridie ante obitum ulterius uti noluit; sed ad
probatam cœlestis Medici panaceam conversus, in
soliis Christi merito & fonte Israël quæsiuit, quo se
recrearet & vivum in morte conservaret πύργησον &
πεντιδοτον certissimum.

Pastor

Quoties enim accedebam, toties complicatis ma-
nibus & sublatis in cœlum oculis, magna devotione
ac attentè audivit, quæ de vita æ; ex 17. cap. Iohan-
nis dicerentur, plurima & ipse, quantum per imbecil-
litatem virium fieri potuit de futura gloria locutus,
subjunxit. *Ah utinam in hoc momento in cœlum mi-
grare liceat, ut videam quæ tantoperè desidero, nihil obsta-
bunt, firmiter credo, iniquitates & natura sordes, quas ro-
seo abluit sanguine & innocentia sua texit Redemptor
meus. Cupio dissolvi, in pace dimitti, & esse cum Christo.*

Inter reliquas autem sententias. Ego sum resur-
rectio & vita Ioh. 11. Sive vivimus sive morimur, Do-
mini sumus Rom. 14. quibus crebrò usus est, aureo
illo Christi Aphorismo se potissimum oblectavit: sic
DEVS dilexit mundum, quem ut pro concione ex-
plicarem velut σύμβολον & ἐξάδιον ῥῆμα facile impetra-
vit. Ea simul, quæ ad funus spectare videbantur,
ne nimio cum apparatu ad ostentationem tantum
com-

compositio fieret, accurate disposuit & injunxit serio.
Postea in precibus continue repetitis, mortem ut la-
nuam cœli cupidus expectans perseveravit (quod
non ex atrabile, si rationalis animæ arcem occuparit,
uti Galen. de Sympt. causis. lib. 5. cap. 7. hanc φιλοθαι-
νασίας affert rationem; sed instinctu S. S. factum est,
qui pijs & vere credentibus, ne gustum quidem ama-
ræ & æ. mortis sed suavem tantum in sacris Matth. 9. 250 / 4
Ioh. 8. & 11. cap. tribuit somnum) donec in vera &
feria ista IESU CHRISTI Servatoris sui invocati-
one, placidè, quod illi in votis erat, expiraret, annis 54
laudabiliter confectis: ΕΥΠΕΘΕΩΝ ὡς ἀεὶ τὸ τέλος γλυκερώ-
τερόν ἐστιν. ut Orpheus vetus Poëta verbo divino con-
sentiens eleganter canit.

Quamvis autem cum relicta Vidua Illustres &
generosi Domini Dn. WILHELMVS Burggravi-
us à Dona, & Dn. VLRI CVS Dn. in BIBERSTEIN
&c. frater & Affinis carissimi in acerbo & magno
versentur luctu, quod ramus tam viridis ex stirpe
Donensium hac sæva tempestate sit avulsus & pros-
tratus: attamen si felicem illam iocunditatem & ju-
cundam felicitatem, qua nunc in S. S. Trinitatis &
Angelorum fruitur consortio, ad animum revocare
velint, ut certè volent & merito debent, ne DEI vo-
luntatem indignissimè ferre videantur, optandam
potius quàm lugendam, censebunt ultrò.

Cum verò pium & ultimum, de quo maximè
monendi eratis, restet deductionis officium, omni-
bus jurisdictioni nostræ subjectis, mandamus serio,
ut (tùm suam erga Magistratum fidem & obdienti-
am, tum erga Defunctum Dn. Baronem, & Domino-
rum à BIBERSTEIN familiam illustrem, quæ stu-
dijs

dijs non modò iuvandis sed & ornandis insigniter
semper commendata est, gratitudinem & benevolen-
tiam contestati) hodierna die circa horam 8. frequen-
tes conveniant, & memoriæ fragilitatis nostræ funus
prosequantur ac se tandem subsecuturos, at quo die
qua hora cui possit esse exploratum? cogitent, tan-
toq; ardentius singuli pro sua & aliorum salute ad
+ vota DEVM fundant, ut hinc ad optatissimas cœli sedes,
quæ cuiq; verè credenti paratæ sunt pietate & fide,
contendant & aspirent. P P. 25. Iulij Anno Epo-
chæ Christianæ 1596.

A. VV. D.




Ha 6745

x2206320

Me





Farbkarte #13

B.I.G.



Anna
 Academia Marchica
 T O R.
rosus Dominus
NESTVS
V S LIBER
 V T B V S, &c.
 unus
generosi Dn.
RI BVRGGRAVII
ONA, &c.
o & marito S.
ie defuncto
 erosa Domina
ERSTEINIA
amærens &
nens
 ulij hora 8.
paratum cupit
 etum hoc scripto P.P.
 at, invitat.
Typis Sciurianis,
 C. 1596.

